







No 609

Þáttr af Karli vesala í Magnúsar sögu góða kap. 4–9.

Brandkrossaþáttr gefinn út í „Nordiske Oldskrifter."

Þáttr af Leifi Össurarsyni, Færeyingasaga, kap. 49 sqq.

Þáttr af Auðunni vestfirzka í Haraldarsögu harðráða, kap. 72–75

Þáttr af Brandi hinum örfa í Haraldarsögu harðráða, kap. 96.

Þáttr af Egli af Vandilskaga, hvergi annarstaðar gefinn út svo eg viti.

Þáttr af Oddi Ufeigssyni í Haraldarsögu harðráða, kap. 106–107.

Þáttr af Blóð-Egli í Knytlinga sögu, kap. 33–40.

Þáttr af Hákoni Hárekssyni í 11. bindi af Fornmanna sögum, bls. 422–439.

Klar.

Heri indeholdes de af Etatsraad B. Thorlacius i Anledning af det Kjöbenhavnske Universitets Höitideligheder Tid efter anden udgivne samtlige Smaafortællinger paa Islandsk og af ham oversatte paa Latin tilligemed en, for hver især, forudskikket Indledning. Disse Smaafortællinger (þættir) ere fölgende:

1, þáttr af Karli Vesæla (Res gestæ Caroli Vesæl dicti.) /1815/.
2, Brandkrossaþáttr (Historia de vitulo fulvam in fronte macul. hab.) /1816/.
3, þáttr af Leifi Össurarsyni (Res gestæ Leifi Össuridæ s. Færöensis) /1817/
4, þáttr af Auduni Vestfirdska (De Auduno Regem Svenonem invisente) /1818/.
5, þáttr af Brandi hinum örva Vermundarsyni (De Brando Liberali.) /1819/.
6, þáttr af Eigli af Vandilsskaga. (De Egillo sub Canuto M. profecto) /1820/.
7, þáttr af Oddi Ofeigssyni. (Narratio de Oddo Ofegi filio.) /1821/
8, þáttr af Blódeigli (De Erico de hausto sangv. nunc. sub Can. M.) /1822/.
9, þáttr af Hákoni Hárekssyni (De Hakone Vicensi sub Svenone Estridide) /1823/.

Desuden:

Specimen de Erico Rufo Grönlandiæ inventore /1811/.

SOLENNIA ACADEMICA

AD

CELEBRANDUM

DIEM XXVIII JANUARII MDCCCXXI

REGI NOSTRO AUGUSTISSIMO

FREDERICO SEXTO

NATALEM

HABENDA INDICIT

UNIVERSITATIS REGIAE HAVNIENSIS

RECTOR

M. *NICOLAUS SCHOW*

PROFESS. ARCHÆOL. ET LITERARUM GRÆCARUM, REGIQUE A CONSIL. JUSTITIÆ

CUM

SENATU ACADEMICO.



Commentarium anecdotum *þáttr af Óddi Ofeigsſyni* dictum
huic feſto proluſurus Islandice et Latine edidit cum præfatione M. *BIRGERUS THORLACIUS*, Prof. Ling. Lat.
Regi a Conf. Stat. et Ord. Danebr. Eques.

TYPIS *SCHULTZIANIS*.

L. B. S.

Rediit dies, quo nullus noſtratibus ſolennior, XXVIIIvus Januarii, Regi noſtro Auguſtisſimo natalis. Dum omnes ditioni Danicæ ſubjecti certant fauſta omina pro Optimi Principis totiusque Domus Regiæ ſalute et incolumitate ſuſcipere; dum boni cujusque civis labiis excidunt, quæ pectore condit, pia vota pro Auguſto capite, rebus patriæ invigilante; Univerſitas quoque Havnienſis ſincera prece numen implorat, ut diutisſime ſervet Principem, cujus almam tutelam illa, ut omnia ad publicam ſalutem pertinentia inſtituta, quotannis experitur.

Proſperet imperium Regis Deus, augeat annos!
Protegat Auguſtas querna corona fores!

In publico conventu Academia noſtra gratos et venerabundos in Regem ſenſus, ut ſolet, teſtificabitur. Hæc ſunt ſolennia, ad quæ Te, Lector Benevole, invitamus. Sed ne ſcriptiuncula, quæ Te ad patrium hocce feſtum vocat, omnino inanis ſit, conſtituimus anecdoton alqiuod publicare, cum hiſtoria boreali cohærens. In aliis quippe feſtis Academicis argumenta ſumere conſvevit proluſionum auctor ex doctrinæ genere, quod profitetur; verum in Regiis natalibus pectora piis in Regem patriamque ſenſibus adeo plena esſe ſuſpicatur, ut nulli materiæ magis, quam illi, quæ domeſtica tangat, aperta ea fore ſperet.*)

Uti anno ſuperiore edidimus opuſculum, eventa illuſtrans, quæ Suenoni Aſtrithidæ regnum Daniæ asſerebant, ita nunc libellum typis vulgabimus, qui facere videtur ad commercii borealium rationes ſeculo XImo intelligendas. Inſcribitur ille: *Þáttr af Oddi Ofeigsſyni* i. e. Narratio de Oddo Ofeigi filio. Agit de viro Islando, qui Haraldo Severo in Norvegia regnante in itinere quodam mercatorio apud Finnos hibernare tempeſtatibus coactus fuerat. Cum Reges Norvegici nemini facile commercia cum Finnis permittere ſolerent, ipſe quidem inde abſtinuisſe videtur, ſed nautis ſuis talem negotiationem fruſtra interdixit. Islandiam repetens, primum in Einarum Flugam, Finmarkiæ præfectum, deinde in ipſum Regem Haraldum incidit, atque repetitæ ſuæ navis ſcrutationi ſubjectus fuit, ſed adjutus in mercibus nautarum celandis partim propria calliditate, partim amici alicujus in aula Haraldi conſiliis, huic periculo fuit ereptus, ſoſpesque tandem in patriam rediit. Conferri de hoc libello merentur, quæ inſeruit Thormodus Torfæus Hiſtoriæ ſuæ Norvegicæ Vol. 3. p. 334, et quæ ſcite obſervavit Collega noſter conjunctisſimus P. E. Müller in erudito opere, Sagabibliothek dicto, Tom. 3. pp. 351-56.

In textu typis exprimendo ſecutus ſum exemplar ex mea Codicum Islandicorum collectione, quod celeberrimus Johannes Erici olim posſidebat, bene quidem et correcte ſcriptum, et in quo major quam in plerisque iſtius hiſtoriolæ exemplaribus, textus puritas ſinceritasque videtur dominari. Habetur vero hic Commentarius et in Codice Regio Flateyenſi, ubi Hiſtoriæ Regum Magni Boni atque Haraldi Severi inſertus eſt, et in Collectione, quæ Hryggiarſtyckit vulgo appellatur. Quæ in hac reperitur hujus hiſtoriolæ recenſio (juxta exemplar in Islandia acceptum, quod clarisſ. Profesſor Raſk mihi commodavit) ad textum exſcripti Erichſeniani proxime accedit, cum contra Codicis Flateyenſis recenſio, licet in rerum ſumma huic conſentiat, in dictione tamen pasſim inde diſcedat, et in ſingularum rerum exornatione quædam ſibi propria habeat recentiora additamenta, quæ fando continuatæ rei narrationi ſine dubio debentur. Sic, cum Einarus Fluga iratus diſcederet, quod mercium compagi præpoſitus ipſum illuſisſet, addit Codex Flateyenſis, Einarum ictu ſecuris eum ferire voluisſe; ſic de equo admisſario, qui ab Oddo dono mittebatur Thorſteino, obſervat idem Codex, equum rubrum fuisſe, ſed jubam habuisſe candidam. Cæterum oſtendit diligentior recenſionum hujus Commentarii comparatio, partim, quantum libertatis ſibi ſumſerint librarii in talibus exſcribendis, qui ſcilicet de verborum tenore ſecuri rem unice cogitarent, partim, quantum narratio ore propagata, uti globus niveus, novis ſemper accesſionibus augeatur; idemque aliarum hiſtoriarum ſeptentrionalium ratio egregie confirmat.

Hi-

*) nemo neſcit, optimos quosque ex noſtris philologos, Grammium, Ancherſenium, Jac. Badenium, ne plures memorem, ex hiſtoria et antiquitatibus patriæ proluſionum argumenta identidem ſumſisſe.

Hiſtoria Islandica, quacum maxima affinitas noſtræ narrationi intercedit, eſt *Bandamanna-Saga*, quæ impresſa reperitur inter Sögu-Þætter, a Biornöne Marcusſen Holæ 1656 edit. forma 4ta p. 1-15. Ex ea patet, Ofeigo, patri Oddi, filium non valde placuisſe. Ab anno inde 12mo puer id animadvertens a patre discesſit, ſibi piſcatione proprioque labore proſpecturus. Succesſere iſta conamina, et intra paucos annos negotiando tantum lucratus eſt, ut inter homines opulentos haberi inciperet. Ea filii ſtrenuitas patrem ita reconciliavit, ut ipſi litibus arduis cum maligno Oſpako aliisque implicito, et initio a juribus aperte ipſi debitis publice deturbato, ſuccurreret, atque opulentia pariter ac potentibus amicis ſuffultus ipſum in jura ſua reſtitueret. Quæ in noſtro Commentario leguntur, iſtis Bandamannaſagæ relationibus tempore ſunt aliquantum ſeriora. Sed ſi ingenium Oddi ſpectas ejusque facinora, utraque hiſtoria ſe mutuo illuſtrat et confirmat. Commercium cum Finnis quod attinet, patet ex noſtra hiſtoriola, et aliunde quoque concluditur, Reges Norvegicos, non ſine livore in alios negotiatores, illud ceu jus ſibi proprium ſpectasſe. Jam Haraldi Pulchricomi tempore commercia cum Finnis Norvegi inceperant.*) Jucundum eſt in hiſtoriis Islandicis iſtius rei origines, initio mythici quid, ſine dubio ob loci diſtantiam et tentaminis pericula, habentes perſequi posſe. In *Guldthorers Saga*, inedita, quæ etiam Torſkfirdingaſaga appellatur, legitur, Thorerum, Oddi Skrauti unius ex primis Islandiæ colonis filium, Haraldo Pulchricomo regnante, in Halogia piſcatum exercuisſe; apparuisſe tum illi in ſomno cognatum aliquem, Regem Agnerum, et ad Finmarkiam navigare jusſisſe, ubi Valius pirata, forma draconis, auro incubaret; monitis obſecutum Thorerum eo migrasſe, dracones in rupis antro latentes trucidasſe, aurumque abſtulisſe. In *Egils-Saga* a Seviris Arna-Magnæanis apud nos publicata, refertur, quod idem Norvegiæ Rex Thorolfo, Queldulfi filio, ob exhibitam in proelio Hafurdsfiordenſi fidam operam, Finmarkiæ præfecturam demandaverit, eique id prærogativæ conceſſerit, ut illi ſoli cum Finnis negotiari liceret. Sub ſequentibus Norvegiæ Regibus idem in commercio Finnico obſervatum fuisſe, ex *Olafs Helga-Saga* aliisque Snorronis Hiſtoriis luculenter apparet.**)

Fidem hiſtoriolæ vindicat ipſe narrationis tenor, nativa (præcipue qualis in noſtra recenſione cernitur) ſimplicitas, et cum aliis hiſtoriis convenientia. Oddum eadem, quæ in Bandamannaſaga, ſtrenuitas animique præſentia inſignit. Einarum Flugam ex Snorrone, commentariisque de Sneglu-Hallio & Egillo Vendelienſi cognovimus. Thorſteino Haraldus in noſtro exemplari cognationem cum Thorero Hund uno ex Olai Sancti proditoribus, ingeniique cum eo affinitatem, diſerte exprobrat. Ter repetita a Rege inveſtigatio navis Oddi videri poterat***) recentior veri eventi exornatio; atqui nil in ſe habet abſurdi, et in ſuſpicax atque ferox Haraldi Severi ingenium bene cadit.

Tempus eventis asſignandum, quæ Commentarius deſcribit, quæri debet inter annos 1047 et 1066; illo enim Haraldus mortuo Magno Bono ſolus Rex Norvegiæ receptus fuit, hoc idem in Anglia victus cæſusque eſt. Si divinandus erit annus aliquis, vix ullus erit, ad quem iſtæ res geſtæ probabilius referri queant, quam a. 1065; eo enim Haraldus perſequi inceperat, rapinisque, cædibus et incendiis vexare plures Norvegiæ colonos, quos Haconis Ivaridæ partes amplexos credebat, auctiorque hac occaſione ſeveritas in tributis exigendis, attentiorem forte magisque ſuſpicacem fecerat Haraldum adverſus eos, quos commercia cum Finnis clanculum fovere comperiret. Ut denique aliquid addamus de ſeculo, quo conſcripta cenſeri posſit hæc hiſtoriola, videntur et rem tractandi ratio & ſtilus eum ſeculo XIIItio vindicare. In dictione majorem habet puritatem candoremque, quam Bandamannaſaga; cumque hæc, quippe in Landnamabok citata, ſeculi XIVti initio recentior esſe nequeat, forte adeo, ſi prima eventuum deſcriptio quæritur, ſemiſeculo vel ultra, antiquior ſit exiſtimanda, noſter de Oddo Commentarius, ſaltem qualis in meliori recenſione habetur, ſeculo XIIItio erit adſcribendus.

Jam ipſe textus hiſtoriolæ cum latina verſione Lectori exhibebitur.

*) cfr. *J. Rathke Iagttagelſer over Nordens ældre Landhuusholdning og Handel,* quæ disquiſitio inſerta eſt collectioni: Det Skandinaviſke Literatur-Selſkabs Skriſter. 1807. 8vo. p. 360-88.

**) cfr. *P. E. Müller* l. c.

***) et Mullero talis viſa eſt.

Þáttr

Þáttr af Óddi Ófeigsſyni.

Cap. I.

Á dögum Haralldar kóngs Hardrada kom á einu ſumri utan af Íslandi Oddr ſon Ófeigs Skídaſonar. Þeim byriadi lítt, ok bar þá nordr at Finnmörk, ok voru þar um veturinn. Þeir ſigldu nordan um vorit. Þá mællti Oddr vid ſkipveria ſína: ferd þesſi er med mikillri ábyrgd, því at eingi madr á kaup at eiga vid Finna nordr hér, nema med kóngs leiſi edr ſýslumanns. hefir nú ok ſá madr ſýslu ok yſirsögn á Mörkinni, er ei þykir væginn, ſem er Einar Fluga. vil ek nú vita hvörſu mikit þér haſit atgiört at kaupa vid Finna. Þeir duldu at þeir hefdi keypt vid þá.

Cap. II.

Enn er þeir komu nordan at Þióttu, þá reri lángskip undan eynni, ok ſtefndi til þeirra. Þar var Einar Fluga med fiölda manns. Þá mællti Oddr: búiſt nú vid ok variſt at ei finniſt Finn-ſkatturinn med ydur, ok ef þat er ei alltrútt ſem mik grunar, at þér haſit keypt vid Finná, þá látum nú koma fé þat í einn ſtad allt ef at ranſakat verdr ſkipit. Nú reynduſt þeir ſem Oddr gat, bar þá fram hvörr þat er keypt hafdi, ok ſálu ſídan þann veg ſem Oddi þótti hagligaſt, ok höfdu lokit ſtarſi því ádr enn Einar kom at þeim. Þeir lögdu lángſkipit at knerinum, ok geingu upp. Oddr heilſadi Einari því þeir voru málkunnir. Einar mællti: kunnr ertu Oddr at

því

Narratio de Oddo Ofeigi filio.

Cap. I.

Regnante Haraldo Severo venit æſtate aliqua (ad Norvegiam) ex Islandia Oddus, Ofeigi filius, Skidæ nepos. Vento adverſo a curſu ſuo depulſus boreales Finmarkiæ partes petere ibique hiemem tranſigere coactus eſt. Veniente vere ille cum ſuis vela dedit, iter inſtitutum perſecuturus. Tum Oddus nautas ſuos ſic allocutus eſt: habet quidem multum periculi iter noſtrum, nam in borealibus hiſce partibus nemini cum Finnis commercia miſcere licet, niſi Rege vel toparcha permittentibus; præeſt quoque Finmarkiæ vir, non valde tractabilis ut videtur ingenii, videlicet Einarus Fluga; ideo ſcire velim, quid commercio cum Finnis ſitis lucrati. Illi vero quæ ſic emisſent, ſtudioſe celabant.

Cap. II.

Ubi ad Thiotteyam devecti ſunt, viſa eſt ſecundum inſulam navis bellica, quæ ad eos appellebat. Navi vehebatur Einarus Fluga cum multis comitibus. Jam Oddus ſuos ſic affatus eſt: Accingite vos, et cavete, ne merces Finnicæ apud vos reperiantur; et ſi, ut ſuſpicor, non certum eſt, vos a commercio cum Finnis abſtinuisſe, omnes iſtas merces in unum cumulum conjiciamus, ſi navis forte examinata fuerit. Experientia compertum eſt, verum esſe, quod Oddus divinaverat; apportabat quisque, quod emerat, celabatque deinceps ea via, quam Oddus commodisſimam cenſebat, laboremque hunc finiverant, ante quam Einarus accederet.

Nunc

því er vel fómir, enn þér hafit verit í vetur med Finnum, ok má vera at menn þínir hafi ei jafnvel vidfét at kaupa vid þá fem þú; enn ofs er þat umbod í hendr feingit af kóngi, ok vilium vér ranfaka fkip ydart. Oddr kvad þeim heimilt fkyldi at líta yfir varníng þeirra. Luku menn þá upp kistum fínum, ok fundu ecki af Finn-fkattinum. Vedur var blítt ok heldr byrlítid. Enn þá tók vindr at vaxa heldr. Þá mællti Einar: heldr hafa þesfir menn fied vid um kaupfkapinn enn ek hugda, ætla ek nú at vér megum ecki riúfa búlkann, mun ofs helft rád at gánga á fkip vort þvíat vedur tekr at vaxa. Þá mællti madr er var á búlkanum: fiá fkaltu ádr bagga þann er ek hefi, ok yfir hvóriu hann býr. Tók hann til at leyfa baggann enn Einar beid. Þar var um ál laung, ok var feint at leyfa. Einar bad hann fkiótt at vinna. Hann fagdi fvo vera fkyldi, tók hann þar úr annann bagga meir fiötradann, ok var leingi ádr hann gat þann leyft. Þá mællti Einar: feint gérir þú þetta, ok þó beid hann enn ef nockut mætti þat finnaft, er hann mætti fakir ágéfa. Því næft kom upp hinn þridii baggi, ok er hann gat þar til raufat, var þar ecki í nema tötrar, ok þat er aungvu var neitt. Þá mællti Einar: allra manna armaftr, fegir hann, hefir gabbat ofs, ok dvalit, fvo at eyin er nær horfin. Fór Einar ok hans menn á fkip fitt ok lögdu frá, því vedrit vóx í hvöriu, fkildu þeir fvo at Einar átti gildann andróda ádr þeir nádu Þióttu.

Cap.

Nunc ad lintrem appulit navis bellica, hujusque nautæ illum confcenderunt. Oddus Einarum falutando excepit; erant enim colloquiis fibi mutuo noti. Tum Einarus: conftat quidem, ait, te honeftum esfe virum, fed fuiftis hac hyeme apud Finnos, fierique potuit, ut viri tui non ita bene, ut tu, a commercio cum illis contrahendo fibi caverint; nobis hoc negotium a Rege injunctum eft, ideoque navim veftram fcrutari volumus. Refpondit Oddus, penes illos esfe merces ipforum infpicere. Jam nautæ fuas ciftas aperiebant; fed nil mercium Finnicarum repertum eft. Tempeftas erat placida, fed fecundi venti parum. Mox vero exoriri coepit procella. Tum Einarus: melius, quam fufpicabar, hi viri a commercio fibi caverunt; mercium ergó compagem turbare nolo, fed ingravefcente procella ad navim nostram reverti conducibilius cenfeo. Interpellavit eum vir, qui fuper mercium compage ftabat: prius velim (inqvit) infpicias fafcem, quem habeo, quid ille contineat, comperturus. Fecit id, ut Einarus moraretur. Loro longo, ad folvendum tardo, fafcis circumligatus erat. Rogabat Einarus, ut opus adproperaret; id quod ille fe facturum promifit. Ex primo fafciculo depromebat alterum vel fortius adftrictum, cujus evolutio moram longiorem pofcebat. Monebat Einarus, tardiufcule hanc rem geri, fed remanebat tamen, fperans inventum iri aliquid, cujus eos incufaret. Tum prodiit tertius fafciculus, qui cum evolutus erat, nil continere reperiebatur nifi laceros pannos, et res ad nihil utiles. Subjecit Einarus: decepifti nos omnium miferrime, et ita moratus es, ut infula noftra fere disparuerit. Properavit ille cum viris fuis ad fuam navim, vela retro daturus, nam tempeftas magis magisque ingravefcebat; atque a fe invicem ita difcedebant, ut Einarus contra ventum nitendo Thiotteyam vix ac ne vix quidem asfequi posfet.

Cap.

Cap. III.

Þá mællti Oddr: nú höfum vér fett undan ágángi Einars Flugu, þætti mér ofs nú máldeili á at vér findum ei Haralld kóng. Einar fendi þegar ord Haralldi kóngi, ok lét hann vita um ferdir Odds. Enn er Oddr kom fudr til Miólu, lögdu þeir til hafnar, þvíat ei var byr at figla fudr leingra. Enn þar undir eyunni lá Haralldr kóngr á nockrum fkipum. Enn er þeir fáu kaupfkipit, mællti kóngr til manna finna: vera kann at nú beri vel til, þetta mun vera fkip Odds Ófeigsfonar, ok á ek vid hann eyrindi, veit ek ei at Einar Fluga hafi verit jafnflatt fem fyri þeim Oddi. Reri kóngr þegar med marga menn til kaupfkipfins, ok geingr upp. Oddr fagnadi kóngi. Hann fvarar heldr reidugliga: býr þú Oddr ómakliga vid mik, ek hefi jafnan veitt þér fæmd, enn þú hefir farit ok keypt vid Finna at óleifi mínu. Oddr fvarar: giarnan hefdum vér herra tekit funnar land þetta á haufti enn Finnmörk, ef fvo hefdi byriad, enn hinu mátta ek heldr ráda at kaupa ecki vid þá at óleifi ydru. Kóngr mællti: þat gét ek at vera muni fakir til þótt þér allir værut uppfeftir, ok þótt þú fiálfr fért þéfs ei valldr, þá lízt mér þannig at eins á menn þína, at þeir munu ei fparat hafa at kaupa ólofat, ok vilium ver ranfaka ydur. Þat fkal fvo fem þér viliit herra, fegir Oddr. Nú var fvo gért, ok fundu þeir ecki.

Cap. III.

Tum Oddus: jam, ait, aggresfionem Einari Flugæ evafimus, videturque mihi res confecta, fi cavere contigerit, ne in Regem Haraldum incidamus. Einarus mox Regem misfo nuncio de Oddi itinere edocuit. Oddus fociique cum Miolam venisfent, navim ad portum appulerunt, cum magis meridionalia petere ventus prohiberet. Secundum illam infulam Rex Haraldus difpofitas aliquot naves habebat. Vifo lintre Rex viros fuos fic affatus eft: "nunc forte fuccesfus mihi continget; fufpicor hanc navim esfe Oddi Ofeigo nati, quocum negotium aliquod tranfigendum habeo; neminem fcio, a quo Einarus Fluga tam turpiter, quam ab hocce Oddo, fit deceptus." Rex cum multis viris ad lintrem mox navigavit, eumque confcendit. Oddus Regem benigne falutavit. Refpondit ille iracundius: "non recte in me agis, ego te in honore habui, verum tu cum Finnis me non permittente negotia commerciaque fovifti." Tum Oddus: libenter, Domine, auctumnali tempore magis meridionales quam Finmarkiæ regiones petiisfemus, fi ventus ita tulisfet; fed in mea prorfus poteftate erat, a commercio cum Finnis, te id nolente, cavere. Subjecit Rex: ego quidem fic exiftimo, fatis caufæ esfe, cur vel omnes fufpenderemini; et licet ipfe forte non in culpa fis, videntur mihi tamen omnes tui viri tales esfe, qui a commercio illicito non abftinuerint, ideoque diligentuis examen inftituemus. Fiet ut jubes, domine, inquit Oddus. Sic ergo agebant, fed nihil inveniebant.

Cap. IV.

Þorfteinn hét madr úngr ok vænn ok frændi Þóris Hunds. Hann var vinr Odds ok var þá med kóngi, hann dvaldift eptir á fkipi Odds þá er kóngr géck í burt. Þorfteinn

Cap. IV.

Thorfteinus vir erat, juvenis, pulchri corporis, et Thoreri Hundii cognatus. Is, Oddi amicus, tunc cum Rege erat. Rege difcedente in navi Oddi aliquamdiu remanfit,

ſteinn brá Oddi á einmæli, ok ſpurdi hvert þeir væri nockurs afvalldir um þetta mál, ſagdi þat kóngr var reidr, ok hann mundi miök eptirleita. Oddr mællti: Þat er ſannaſt vinur at vér erum ei ſkírir um, tóku þeir í fyrſtu med ſínu einrædi at kaupa vid Finna, enn nú hefir ek þó ſídan rád tilgéfit at leynaſt mætti. Hvar er nú fé þat komit? ſegir Þorſteinn. Oddr ſegir at allt er í einu húdfati. Hér mun Kóngr enn koma, ſegir Þorſteinn, ok láta ranſaka. Enn þat húdfat, ſem Finn-féit er í, ſkal taka ok leggia undir kóng, ok búa þar á háſæti ofan, gét ek at hann vari þeſs ei, at undir honum ſiálfum ſé þat fé, enn þó er þat allt med nockurri hættu hvörſu til vill takaſt. Fór Þorſteinn þá í burt, enn Oddr gérdi ſvo ſem hann hafdi rád tilgéfit. Kom kóngr þar, ok ſettiſt í ſætit er honum var búit, enn menn hans leitudu í kiſtum ok hvervetna, var uppbrotit þat er vænſt var til, ok fanſt ecki þat er þeir leitudu. Kóngr mællti: ei má ek þetta ſkilia hverſu fer, þvíat ek þykiumſt víſt vita at nockut Finnfé er hér í ſkipinu.

manſit, et cum Oddo, ſolus cum ſolo, colloquens, quæſivit, hujusne criminis rei esſent, monuitque, Regem ira vehementer incenſum, acri ſtudio rem examinaturum. Reſpondit Oddus: verum eſt, mi amice, nos culpæ haud prorſus esſe expertes; initio illi proprio impulſu a Finnis emere inceperunt, dein vero emta celandi illis ipſe auctor fui. Qvid autem ex his jam factum eſt, inquit Thorſteinus. Sunt omnia, ait Oddus, in uno marſupio depoſita. Tum Thorſteinus: Redibit certe Rex denuo ſcrutaturus; ſuadeo, ut marſupium merces Finnicas continens, ſub Rege ponatur, ibique ſolium illi inſtruatur; præſagio, ipſi non in mentem venturum, quod ſub illo ipſo merces condantur, non tamen ſine periculo hicce auſus ſuſcipitur. Diſcesſit Thorſteinus, fecitque Oddus, uti ille ſuaſerat. Venit Rex, ſeditque in ſolio, ipſi præparato, dum viri ejus ciſtas examinabant, omniaque loca in quibus inveniendi quid ſpes erat reſerabant, nil tamen vel exactisſimo ſcrutamine invenientes. Rex mirationem ſuam teſtabatur, quomodo id fieret, cum certisſime ſcire ſibi videretur, aliquid mercis Finnicæ in navi repertum iri.

Cap. V.

Géck kóngr þá í burt ok menn hans, enn Þorſteinn dvaldiſt eptir litla ríd, ok mællti vid Odd: ei mun þat rád leingr hlýda, því at kóngr mun ſeint afhyggia um eptirleitina, ok ſiá mun hann nú næſt er hann kémr þetta bragd. Látit nú koma fét í ſeglit, ok feſtit upp um rána. Allt mun nú verda roſit bædi búlkinn ok annat. Svo gérdu þeir Oddr ſem Þorſteinn mællti; enn hann geck í burt, ok er hann kom fyri kóng, ſpyr kóngr því hann dveldiſt eptir. Þorſteinn ſvarar: naudſýn bar til herra, ek var at géra at hoſu minni. Kóngr vard fár um. Litlu ſídar kom kóngr á ſkip Odds. Vera kann at þér búit ſæti mitt med Finn-ſkattinum, ok ſkal þar nú fyrſt leita

Cap. V.

Ille ergo cum viris ſuis diſcesſit, ſed Thorſteinus aliquanto poſt remanſit, cum Oddo collocuturus. Non longius, ait, ſuccedit hoc conſilium, rex enim a ſcrutando non deſiſtet, ſed proxima vice cum redierit, hunc aſtum perſpiciet. Velo merces intexite, et circa antennæ ſummitatem ipſas figite; nunc enim et omnes faſces, et quicquid ubique erit, examini ſubjectum fore prævideo. Secutus eſt Oddus Thorſteini monita. Hic cum ad Regem accederet, quæſivit ab ipſo Rex: cur moratus fuisſet; reſpondit ille: necesſitas me cogebat Domine, nam in tibialibus meis aliquid ligandum erat. Rex ſubiratum ſe præbuit, brevique poſt Oddi navim reviſit;

leita ok ſídan hvervetna um ſkipit, ok því meira ſem oſs verdr fyri, því hardara ſkulu þér nidr koma. Var þá leitat þar ſem í hug kom, ok fannſt ei. Kóngr géck á land, enn Þorſteinn gat enn eptir dvaliſt, ok mællti vid Odd: nú dugir ydur ei annat enn flytia Finn-ſkattinn af ſkipinu fram fyri neſid, ok fela þar á landi; þvíat hér mun kóngr koma á morgun, ok mun þá þykiaſt ſiá þetta fylſni. Enn ek mun gánga á land adra leid enn kóngr, mun hann þá ſídr geyma um at ek hafi eptir dvaliſt. Enn ek legg þat til ráds med ydur, at þér latit á haf út þegar ydur géfr, ok þykir von at gángi, ok flytiit ei Finn-féit fyrr aptr á ſkipit, enn þér farit þegar, þvíat ſvo mun kóngr nærri leggia at ei rekiſt þér undan, nema þér geymit til alla vega ſem beſt; miklu er hann rádgari ok þrárri á þat ſem hann vill fram fara.

ſit; forte, inquit, ſolium meum mercibus Finnicis ſtruxiſtis, id ergo primum, dein totam navim perſcrutabimur, et quo majori moleſtia id nobis conſtat, eo durius in vos conſuletur. Examinatum itaque, ubi placebat, ſed nil inventum eſt. Rege ad terram redeunte, Thorſteinus rurſus paullisper remanſit Oddoque dixit: nunc vobis nil ſupereſt, niſi merces ex navi ultra prominentem terræ lingulam transvehere, ibique celare, cras enim Rex veniet, latibulum veſtrum ſubolens. Ego vero alia via quam Rex terram conſcendam, tumque me remanſiſſe ſerius ſuſpicabitur. Svadeo ut, ubi contigerit, et ubi venti ſecundi ſpes arriſerit, vela in altum detis, et ne merces Finnicas prius in navim reportetis, quam ipſi mox navigare posſitis; nam Rex vires ſuas ita intendet, ut, niſi cautisſimi fueritis, elabi non posſitis; atque in iis, quæ ſibi propoſuit, non minus pertinax quam callidus eſt.

Cap. VI.

Oddr kvad Þorſteini miök vandlaunat lid þat er hann veitti honum. Fór Þorſteinn burt, enn þeir Oddr fluttu féit á land um kvölldit ok ſálu. Enn um morguninn kom kóngr ok lét leita í ſeglinu ſem annarſtadar um ſkipit, grunadi kóng jafnan eptir hvar þeir mundu fólgit hafa. Enn er þeir fundu enn ecki, þá mællti Oddr: herra! ſegir hann, nú munu þér ei gruna oſs, því hvörr leppr er uppbrotinn á voru ſkipi. Kóngr ſvarar: ei mun því raun á verda, ok hafa eingir menn ſlíkt ſpott mér gért, hvenær ſem þat verdr golldit. Var Kóngr þá ſvo reidr, at ei mátti ordum vid hann koma. Leid ſá dagr, enn er náttadi gérdiſt vedr byrvænligt, fóru þeir Oddr, ok fluttu Finnféit á ſkip. Biugguſt þá ſem ákafaſt, ok höfdu umſiglt ſik ádr morgnadi. Kóngr vaknadi ſnemma, ok mællti til ſinna manna: Nú þykiumſt ek vita ok ſiá allt rád þeirra Odds, ok fleiri munu hafa hlut

Cap. VI.

Fatebatur Oddus, haud facile Thorſteino rependi posſe auxilium, quod ipſi præſtitisſet. Diſcedente Thorſteino Oddi ſocii veſpere merces in terram, eas celaturi, transtulerunt. Mane ſequente venit Rex, velaque, uti alios navis recesſus, jusſit examinari, nam, quale latibulum ſuperesſe posſet, ſedulo ſecum fuerat meditatus. Cum ne ſic quidem aliquid reperiretur, Oddus ad eum converſus: nunc, ait, omnem de nobis ſuſpicionem ſublatam esſe ſpero, cum nullus ſit in navi noſtra pannus, quin eum ſitis ſcrutati. Reſpondit Rex: contrarium docebit experientia, quandocunque hanc frandem ulciſci continget; nemo quidem ita, uti tu, me illuſit. Erat Rex ira adeo accenſus, ut nemo illum alloqui auderet. Sic labebatur ille dies. Veniente nocte cum ventus ſecundus flare inciperet, Oddi ſocii merces Finnicas in navim reportarunt. Tum quam citisſime ſeſe

hlut í átt enn þeir einir, enn þó vænti ek at nú finnum vér á ſkipi þeirra þat ſem vér höfum leitat eptir, ok ei kunna ek at géfa þeim daudaſök ámedan mér var gét til, ſkulum vér nú fara ok leita. Enn er þeir komu undan tiöldum ok lituduſt um, þá ſiá þeir ſegl þeirra Odds utarliga vid eyar. Þá mællti Kóngr: þar mun nú ſkilia med oſs Oddi at ſinni; enn þú Þorſteinn kannt vel at fylgia vinum þínum, þvíat meira virdir þú nu Odd enn mik, má vera at þú ſegir þik í ætt þína um ſvikin. Þorſteinn ſvarar: þat væri heldr trúleikr ok gódvilii vid ydur enn ſvik at fyrra ydr þeirri úhæſu at drepa Odd, er verit hefir vinr ydar, ok marga adra dugandi menn fyri gétſakir, enn þó veri eigi réttiliga dauda ſakir at ſannreyndar væri. Þeir Oddr höfdu góda byri, komu til Islands, ok fór Oddr til bús ſíns.

ſeſe accinxerunt, et ante lucem velis converſis altum jam petierant. Rex ſubito evigilans, ſuos ſic allocutus eſt: Nunc Oddi virorumque ipſius conſilia penitus perſpicere mihi videor; plures ſane quam unus ea contexuerunt; ſuſpicor tamen nos, quæ huc usque fruſtra quæſivimus, in navi nunc inventuros. Dum res unice conjectura nitebatur, crimen capitale illis importare non poteram, nunc vero ibimus ſcrutaturi. Cum ex tentoriis ſuis prodirent et circumſpicerent, vela Oddi ad inſulas extremas jam provecta videbant. Tum Rex in hæc verba erupit: hac quidem vice Oddum deprehendere mihi non datur; tu Thorſteine amicis tuis inſervire bene noſti, nam me pluris quam Oddum facis; forte gentis tuæ in dolis ſtruendis ſimilis esſe geſtis. Reſpondit Thorſteinus: fidelitati potius ac benevolentiæ in te quam dolo ducendum, quod hanc indignitatem averterim, ut Oddum tuum olim amicum aliosque bonæ frugis viros ob meras ſuſpiciones occideres; et ſi vel verum deprehenſum fuisſet, quod ipſis imputatur, crimen, ne ſic quidem capitale jure cenſeretur. Oddus cum ſuis, jam felicem nactus ventum, ad Islandiam venit, et ad ſuum prædium ſe contulit.

Cap. VII.

Sá madr var þá í förum er Hárekr hét, hann var frændi Þorſteins. Hann kom út eitt ſumar ſkipi ſínu í Midfiardar-óſi. Þá var hallæri mikit á Islandi. Oddr baud Háreki til veturviſtar, ok veitti honum vel. Um ſumarit ſendi hann utan med honum ſtódhroſs gód, ok gaf Þorſteini, ok kalladi ſem var Þorſtein hafa géfit ſér líf ok öllum ſínum ſkipverium. Hárekr kom til Noregs, ok hitti Þorſtein frænda ſinn, var hann þá enn med kóngi, færdi hann honum hrosſin, ok kvad Odd hafa ſendt honum. Þorſteinn mællti: þetta er mér meſta ólid, þvíat nú mundi ellegar yfirhilmaſt mál Odds,

Cap. VII.

Poſtea vir aliquis, Thorſteini cognatus, nomine Harekus, dum itinera faciebat mercatoria, ad Islandiam æſtate aliqua delatus eſt, tempore, quo inſula annonæ difficultate laborabat, et ad amnis Midſiordici oſtium adpulit. Oddus eum invitavit ad hiemem ſecum tranſigendam, et omnibus hoſpitii officiis eum ornavit. Sequente æſtate cum eo equos admisſarios optimæ notæ Thorſteino donandos miſit, fasſus videlicet, Thorſteinum esſe, cui ipſe omnesque nautæ vitam deberent. Harekus Norvegiæ redditus Thorſteinum cognatum ſuum qui cum Rege et tum erat, convenit. Huic equos

Odds, ok þat lidsinni er ek veitti þeim, enn nú mun ecki leynaſt mega, ok er nockut úr vöndu at ráda. Þorſteinn færdi kóngi rosſin, ok ſagdi at Oddr hefdi ſendt honum at giöf. Kóngr ſvarar: ecki var ek giafa verdr frá Oddi, hefir hann ſendt þér roſs in enn ei mér. Skalltu ok þarmed hafa líf þitt látit, ok bad drepa hann, enn menn voru þeſs verks ei fúſir þvíat Þorſteinn var hinn vinſælaſti madr; kom þá ſvo vid bænaſtad manna at Þorſteinn hélt vid lífi ſínu ok landsviſt, fór hann ſídan burtu frá hirdinni, ok var ſídan í eingri kóngs vingan. Ok endar hér frá Oddi at ſegia.

equos tradidit, addens, illos ab Oddo ipſi misſos esſe. Tum Thorſteinus: incommode admodum id mihi accidit; alioquin cauſa Oddi et auxilium, quod illi præſtiti, oblivioni fuisſent tradita; verum nunc celari ea res amplius nequit, opusque eſt periculoſæ aleæ plenum. Thorſteinus equos Regi adduxit, præ ſe ferens eos illi dono esſe misſos. Rex vero, nullum, inquit, munus ab Oddo merui; tibi equi, non mihi misſi ſunt, hocque tua tibi vita conſtabit. Mox eum jusſit occidi, ſed tardi erant ſatellites ad hoc jusſum exſequendum, cum Thorſteinus multis gauderet amicis. Factum eſt horum virorum intercesſione, ut Thorſteino non ſolum ſoſpiti esſe, ſed etiam in terra manere concederetur; verum aulam reliquit, nec in gratiam cum Rege amplius rediit. Sic quidem explicit hæc de Oddo narratio.

Verum tempus eſt, ut ad feſtum, cui his ex hiſtoria boreali ſumtis proluſum fuit, redeamus. Natalia Regis Optimi celebraturi, incipimus ab iis materiis in annum 1821 proponendis, in quibus ut ſtudioſa juventus, non minus ipſius conaminis, quam honorifici præmii inde reportandi, ratione habita, ſuas vires ſolerter exerceat, vehementer optamus; id unice monentes, ut Commentationes ante Calendas Decembres Rectori Univerſitatis tradantur. Themata vero hæc ſunt:

IN THEOLOGIA.

Expoſitis et dijudicatis præcipuis Canticum Canticorum interpretandi rationibus, inquiratur, an nihil omnino præſidii pro allegorica interpretatione ab aliis poëmatibus orientalibus peti posſit?

IN JURISPRUDENTIA.

Quales regulæ ex jure univerſali ſervandæ ſunt in ea acçesſione qvam induſtrialem ſeu artificialem vocant, et quænam ex jure Romano et potisſimis exteris legibus ſervantur? quid denique ſecundum jus patrium circa hanc materiam ſtatuendum eſt?

IN MEDICINA.

Quæ ſecretiones in corpore humano ipſius cerebri ſubſidio præ cæteris indigent?

IN PHILOSOPHIA.

Quæritur, liceatne omnia ſingulorum hominum officia juxta formulas legum univerſalium definire, an ratio hominis individui ſit habenda, et quomodo eo reſpectu officia ſpecialia queant deduci?

IN

IN MATHESI.

Angulus invariabilis ſed mobilis circa datam ellipſin ita volvitur, ut crura ſemper curvam tangant. Inſcribatur circulus angulo in qualibet ejus poſitione, qui duo crura et ellipſin tangat. Quæritur locus centrorum horum circulorum.

IN HISTORIA.

Exponantur necesſitudines politicæ, quæ ab obitu inde Caroli Magni usque ad initia expeditionum cruciatarum, imperio Orientali cum Europa occidentali, maxime cum Germania et Italia, intercedebant.

IN PHILOLOGIA.

Inveſtigatis, quæ in Verrinis Tullii orationibus memorantur de monumentis artis antiquæ a Verre Siciliæ prætore collectis, detur Muſei ab hoc viro inſtaurati brevis conſpectus; tumque, comparatis, quæ Cicero pasſim ſuis ſcriptis inſeruit, judiciis de his aliisque artis operibus, disquiratur, qua dexteritate quaque peritia orator latinus in talibus æſtimandis ſit verſatus.

IN ÆSTHETICIS.

Hvilken er Forſkiellen mellem det Komiſke og det Satiriſke?

IN HISTORIA NATURALI.

Inſecta lepidoptera neque apud nos, nec apud vicinos eadem diligentia ac cæteri inſectorum ordines ſunt inveſtigata. Poſtulatur igitur nova et qvam maxime confecta lepidopterorum indigenorum enumeratio ſyſtematica, differentiis ſpecificis et ſynonymis illuſtrata, cui accedere debent loci natalis nec non obſervationes de tempore, metamorphoſi et victu, qualescumque autor ipſe ex ſtudio naturæ collegerit. Speciebus adhuc non deſcriptis, in enumeratione autem receptis, aut ſpecimina inſectorum exſiccata aut delineationes adjungantur.

Cum itaque lætus dies felicisſime redierit, MONARCHÆ NOSTRO AUGUSTISSIMO FREDERICO SEXTO natalis, Panegyrin indicit UNIVERSITAS REGIA HAVNIENSIS, et piis pro Capite Auguſto totaque Domo Regia votis ſuſcipiendis, et præmiis illis ex civibus Academicis, qui anno nunc elapſo certamen literarium experti palmam obtinuerint, asſignandis. Auctore COLLEGIO REGIO, *rei Academicæ & ſcholaſticæ moderatore*, convenient, qui hæc ſolennia nobiscum celebrabunt, die III. Febr. in Auditorio Domus Regiæ hora XII. Rector Univerſitatis, M. *NICOLAUS SCHOW, Profesſor Archæologiæ & Literarum Græcarum Regique a Conſiliis Juſtitiæ*, cathedram conſcendet publice oraturus, et piorum quæ ſuſcipimus votorum interpres, et præmiorum enunciator. Prælectis nempe Cenſorum judiciis ſchedulas, quæ nomina concertantium tegunt, rumpet victoresque proclamabit.

Frequentes adeſte Lectores benevoli, diesque XXVIII. Januarii ut Regi noſtro Auguſtisſimo per multa decennia redeat, ſolido ſemper gaudio agendus, nobiſcum vovete et auguramini.

Dabamus Havniæ d. XXVII. Januar. A. MDCCCXXI.

SUB UNIVERSITATIS SIGILLO.

